



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Petri De Dusburg, Ordinis Teutonici Sacerdotis, Chronicon  
Prussiae**

**Petrus <de Dusburg>**

**Francofurti ; Lipsiae ; Regiom. Pruss., 1679**

Cap. CCXLIX. De Eventu mirabili in hoc bello.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11850**

CHRONICI PRUSSIAE.

Conradus de Feuchtwangen X. Mag. Gen. Ord. Teuton.  
Meneko de Querfurt XII. Mag. Provinc. in Pruss.

329

Anno Domini MCCXCIV. tempore hyemali Magister de salute fidelium sollicitus, cum potentia exercitus sui volens invadere territorium (a) Erogel, dissasum fuit ei. Unde divisit exercitum in duas partes, sic quod fratres de Raganita cum Sambitis intraverunt territorium Pastoviae, alia pars processit contra territorium Gesoviae, utrumque molestantes grayiter per incendium, sic quod occisis & captis C. hominibus, cum praeda maxima sunt reversi.

ANIMADVERSIO.

(4) Addit Jeroschinus, Cœlestium Papam, cum vix annum sedisset, Pontificatu cessisse, & monasterio, in quo antea vixerat, se inclusisse. fol. 176. Conf. que ad Caput CCLIX. notavimus.

CAP. CCXLIX.

De

*Eventu mirabili in hoc bello.*

N<sup>o</sup>tandum quod quando movetur bellum, exercitus dividitur in diversas vias, ut possit ordinatè & sine pressura procedere; tamen s<sup>æ</sup>pè contigit ex vario eventu, quod prætermissâ debitâ ordinatione convenient in glacie centum equites, vel CC. vel mille, ad unum locum. Qualiter autem glacies tam grave onus possit sustinere sine fractura, nescio, D E U S scit. Unde in multis bellis hyemalibus & maxime in isto, de quo jam dictum est, posset mira res & admiratione digna considerari, si quis vellet diligentius intueri. Quia exercitus iste in fine hyemis, quando glacies solis calore superveniente supra, & aquæ fluxu infra consumitur, in media nocte arniatus transivit glaciem Memelæ, & dum transiisset sine omni periculo, dissoluta fuit & confracta, sic quod manè facto non apparebant vestigia glaciei. Quis hæc facere poterat, nisi ille solus, qui imperavit mari, ut

T t tan-



*Conradus de Feuchtwangen X. Mag. Gen. Ord. Teut.  
Meneko de Querfurt XII. Mag. Provinc. in Prussia*

*tanquam murus staret à dextris & à sinistris, & sicco pede Israeli.  
gicus populus pertransiret.*

## C A P. C C L.

*De  
Deprædatione Castrorum de  
Pista.*

**H**Oc & tempore frater Th. de Esbeth, frater Otto de Bergo,  
& frater Otto de Zedelice cum CCC. viris missis ad custo-  
diam Castrum Raganitæ, assumptis sibi fratribus & armigeris ibi-  
dem profecti sunt ante Castrum Pistam, & totum gregem peco-  
rum receperunt occisis multis infidelibus, LXX. homines captos  
deduxerunt.

## C A P. C C L I.

*De  
Subversione Castrum Ducis Masoviæ,  
quod dicitur VVisna.*

**E**odem anno Bonislaus Dux Masoviæ DEI timore postposito  
in contemptum DEI & fidelium Christi præjudicium non  
modicum & gravamen, hostes fidei Lethovinos in Castro suo  
Wisna saepius hospitavit, admittens, quod terram Pruschiæ & Po-  
loniæ deprædarent. Nec de hoc desistere voluit, licet pluries  
salubriter moneretur. Unde frater Meneko Magister animad-  
vertens, quod error, cui non resistitur, approbatur, & quod non  
caret occultæ societatis scrupulo, qui manifesto facinori desinit  
obviare, congregata multitudine pugnatorum, dictum Castrum  
expugnans, funditus extirpavit.

C A P.